natus laicorum, quando unus solus ad eandem est à patronis presentatus, quo casu non haber locum concursus, ut alibi dicunt, an si iste reprobatus sit ab examinatorebus, possit ab hujusmodi reprobatione appellare quod utrumque, ita ut appellatio cauerat attentata. In quo partem affirmativam, scilicet, utrumque effectum operari, magis me moveret: quia iste ex presentatione sua habet acquitum ad Parochiale; & appellatio ab eo recipienda, sicut in habente gratiam informativam ad Parochiale, qui si reprobatur, & appellaverit, appellatio suspendit, ut probat Garcia de beneficiis 6. part. cap. 2. num. 76. Et quoniam in 207 appellatione ab uno duxit, presentato, & reprobat non viget ratio impeditiva, Concilii, & moris proprii disponentium, appellationem à relatione non impeditur executionem, & possessionis traditionem proviso, quia cum nullus alter sit in examine, nullus est provisus, & electus, nulli impeditur executio, inquit ipsa reprobatio, cum sit actus negatus, secum trahit executionem ex his que lib. & ceteri in leg. quod justit. ff. de re judicata, & omnes in cap. cum cœstante, de appellat. ac ideo nihil mirum, ut jus, quod habet ad Parochiale per suos & legitimos tristes consequatur, & pro hac doctrina faciunt plurimæ aliae, de quibus nos suprad. 1. part. cap. 6. à num. 33. & 3. part. cap. 13. à num. 74.

Et hæc opinio placet pariter Gonzal. in dict. gloss. 6. annotation. num. 187. ubi teflatur de Rotæ decisione ipso patrocinante, in qua fuit judicatum, talem appellatio causa tentatum, eadem etiam sequitur Nicolaus Garcia de beneficiis dict. 9. part. cap. 2. num. 245. & sic tenendum, videtur ex horum Doctorum & Rotæ autoritate, pro quo conduceant quæ nos latissime concessimus dict. 1. part. cap. 6. à. nu. 33. & 3. part. cap. 13. à num. 74. & seqq.

Quid autem si in provisione harum Parochialium peccatum sit in forma, in Concilio Tridentino, & motu proprio descripta, vel quia jus patronum contempnit fuit, vel quia alias in processu intervenit aliqua nullitas, an index vita faciat, non deferendo appellationi tunc emissa, à sententia vel provisione? In quo affirmative resolvō, quia nulla provisio pro infra habetur, & ideo nullam executionem meretur, justa l. 4. §. condonatum. ff. de re judic. & hanc limitationem extende etiam, & intellige in beneficiis simplicibus ex identitate rationis, de quo nos latius egimus infra 3. p. cap. 9. & ideo hic omittit, quia copiosè ibi tractatur, quibus casibus nulla redditor provisio tam in simplicibus, quam in curatis, ut tunc appellatione legitima reputetur.

Nune de aliis violentiis, quæ in appellationibus à

beneficiis simplicibus accidunt, tractemus; & imprimis an committatur ab ordinario non deferente interpo- 210

situ ab eo, qui ad examen vocatur. Et breviter respondetur, in hoc casu nullam vim esse, siquidem presentati, seu electi, vel nominati à quibusvis Ecclesiasticis personis, etiam Sedis Apostolica Nunciis, ad quævis Ecclesiastica beneficia non institutur, nec confirmantur, nec admittantur etiam prætextu cuiuslibet privilegii, aut confuetudinis, etiam ab immemoriali tempore præscriptæ, nisi fuerint, prius à locorum ordinariis examinati, & idonei reperti, & nullus appellationis remedio se tueri possit, quoniam examen subireteneatur. Ita disponendo decrevit secum Concilium Tridentinum seff. 7. cap. 13. & obiter Nicolaus Garcia de beneficiis 9. part. cap. 2. n. 243. quod etiam intellige in Curatis, ex verbis Concilii ibi (ad quævis Ecclesiastica beneficia) & vide Cardinalis declarationem ibi circa v. institutur, &c.

Cæterum dubitatur, an à reprobatione examinato- 211 rum in beneficiis simplicibus appellationi emissa sit deferendum, tanquam suspensivum habenti. In quo Garcia

Garcia suprad. nu. 244. referens Gonzal. absoluere dicit sine distinctione appellationem utrumque habere effec- 212 tum. Sed Gouzal. in d. gloss. 9. nu. 184. cum f. qq. non magis in genere locutus est, liquideri cum decisione Rotæ 10. n. part. 2. divers. art. quod datur apud bellum à male relatione, & gravamine examinatorum in non approbando aliquem ex oppositoribus ad beneficium patrimoniale, & ad Tridentinum sessione 24. de reforma dict. cap. 18. versiculo nec prædictorum examinato- 213 rum, &c. respondet, prædicta decisio, ut procedat in parochialibus, non autem in beneficiis simplicibus patrimonialibus, quæ remanent sub dispositione juris comuni, & ideo nos, ut ab eo non recedamus, de quo in prima & secunda conclusione suprad. ad quos omnino hanc doctrinam reducere, & intelligere debemus, ut admittatur quod utrumque, quando propositio judicialiter, & in contradicitorio judicio sit, prout frequentius solent hujusmodi patrimonialia beneficia provi- deri, ab variis filiorum objectiones, exceptiones, & contradictiones in jus deducatas, aut quod unum & devolutivum duxit effectum: quando extrajudicialiter proceditur, juxta d. cap. constitutio el. 2. de appell. & alia, quæ ad primam conclusionem adduximus, quia 214 examen sui natura est actus extrajudicialis, ut in princ. huius capitis late probat. n. est n. 3. & n. 6.

Sicut alias ipse Hieronymus. Gonzal. ibi, à num. 80. nimis absolutè, & in genere dixit, admitti appellationem, & tamen decisio, quam allegat, limitate procedit. 215 Siquidem dicit ipse, quod si tempore vacationis unus ex filiis patrimonialibus esset absens in longinquis par- bus, Curia vel quovis alio loco remoto, ejus procurator, cuius nomine se opposuit, peteret fecula fraude terminum, dilationem competentem ad certorandum d. absentem, ut accederet possit personaliter ad examen in casu, quod ordinarius vel nolit, vel non possit remittere examen ad locum, quo absens debeat, alias appellabit: dictus ordinarius denegando expresse vel tacite ad ulteriora procedat, quod omnia gesta post dict. appellationem effet attenata, & nulla, prout resolution est in una Capellanice Conchensi. 18. Octo- 216 bris 1596. n. 12. & 3. & per totam lib. 3. p. 3. divers. in qua dec. fideo illa appellatione feci attenata, in provisione illius simplicis Capellanice, quoniam repetiere Domini de Rota, in secundo casu suffit littera formatum tempore appellationis, & item eos tam & introducam, & simul à legitimo gravamine prejudi- 217 ciali & irreparabili, ut expresse constat ex d. decisione. Quod iterum dixi Rota in alia decisione 227 part. 3. lib. 2. vers. cujus non memini Gonzal. ibi; qui quidem tacuit causam efficiens, quæ reddit illius simplicis beneficii provisionem appallabilem, & eundem ibi causæ legas a num. 175. cum seqq. quæ loquitur in beneficiis simplicibus, ut constat ex Doctoribus ab eo citatis, & declarat ipseme ibi n. 184. & seqq. excepto n. 187. quia ibi loquitur in parochiali speciali ratione, de qua nos suprad. & n. 183. quod potest etiam in parochiali intelligi, ut inferius latius.

218 Dubitatur insuper, si qui feme suo beneficio, aut præbendæ renuntiavit, & ob suum nimiam peritatem putat, maximamque Ecclesiæ utilitatem, vel aliam de- 219 munum justam causam moventem electorem; iterum ve- lit ad illud, seu illam eligere; an possit appellari, quoniam eligetur. Pro cuius resolutione breviter supponit, quod licet renuntiatis suo beneficio non possit ad illud redire, repetrere, nec regrefuisse dari, Craveta consil. 511. n. 4. & consil. 856. n. 12. consil. 959. n. 1. Jacobus Ermil. consil. 82. num. 1. & sequentibus, & consil. 100. num. 4. & consil. 21. n. 9. 11. 12. Gegas consil. 20. n. 10. M. noch. consil. 187. num. 87. volum. 2. Nava. in cap. accepta oppositione 7. n. 10. cum seqq. de resist. polia. Car. Paris. consil. 60. titul. 21. nu. 13. idem Paris. consil. 5. nu. 165. volum. 4. Rebuff. consil. 36. n. 12. Cephali. consil. 37. Salgado de Protect. Reg.

suspensione ab spiritualibus, quæ ligant animam, cuius non est natura nostra suspensi, cum ea obstante possit exercere omnia, divina officia ministrare, & recipere omnia sacramenta; & sicut hujus pallii suspensi, & à Pontificibus, quæ magis suspensioni ab officio vindetur adhaerere, & tamen suspenditur per appellatio-
nem legitimè subsequentem, secundum Panormit. com-
225 munita receptum in dīl. cap. ad hāc, primo notabilis, ita cūm p̄fata juxta in spirituali suspensione, cu-
jus violatio inducit irregulatorem, procedunt tantum ad nostram suspensionem minimè esse trahenda tan-
quam diversam, sicut nec ad illam, qua aliqui inter-
dicunt ingressus possessio agri, vel beneficii, vel collationis ejus, vel aliorum actuum, qui non tangunt ani-
mam, in qua appellatio legimus ejus effectum suspen-
dit, ut & omnes notant communiter in dīl. §. fin & d.
c. ad hāc. & firmant enim etiam Manuelis Rodriguez
latius, ac utilius Navarr. dīl. conf. 8. concludentes ap-
pellatione non obstante posse suffragium p̄stare.
226 His & illud accedit, si contra volentem votare in
Capitulo, objiciatur aliqua exceptio incapacitatis, vel quavis alia exclusiva à suffragio, propter quam
rejeciatur, ne tunc tempus labatur, quia foris pro-
bationes præ manus non sunt: inquit Azeved. in addi-
tio, ad Cur. Pif. lib. 2. c. 4. nu. 11. alios referens in
hoc casu, admittendum esse ad suffragium cum clausula; & si in quantum de jure valeat, nec nobe-
nitatione minoris partis, omnino exequendum esse: ut per
Ab. in cap. Cumana de electione. Cepola cauta 232 &
idem Azev. in l. 2. n. 12. & seqq. tit. 7. lib. 3. recopil. an-
227 ab eo quod facit, & decernit major pars Capituli ap-
pellationem emissa si non deferatur, vis fiat. Negative re-
spondent texti, in cap. 1. & cap. ex ore de iis, quæ sunt à
majori parte cap. ino non obstante, nec contradic-
tione minoris partis, omnino exequendum esse: ut in d.
cap. libi appellatione remota præ alet semper, & suum
consequatur effectum, quod à majori, & seniori parte
Capituli fuerit statutum, &c. (Et in d. cap. ex ore, ibi
nos attendentes, sibi de jure non potuisse competere, ut
228 per appellationem ob id interpositam, communem
ordinationem Ecclesiæ impedit) quod adē procedit,
ut etiam probatio iustificationis incōtinentis offeratur,
nisi obicit executioni, tres, & elegantes reddit rationes
Imola in d. cap. 1. colum. 1. & 2. & iterum in cap. 1.
cūm inter canonicas colum penult. in fin seqq. de elec-
tione, contra Innocent. in dīl. cap. 1. prior, quia in
extrajudicialibus non sūi objectus contradictionis vel
exceptionis legitima, etiam illius fuit oblati probatio:
quia extrajudicialia non suspenduntur appellatione,
tum etiam, quia cūm procedendum sit hoc casu ap-
pellatione remota tollitur facultas iustificandi appella-
tionem, per probationem oblati ad impedimentum:
tum etiam quoniam cūm sit interior præsumptio pro-
factus à majori parte, nihil oblit d. oblati, quas rationes
comprobans Azeved. in addit. ad Curiam Pif. lib. 2.
cap. 14. n. 12. sequitur etiam aliis ad citatus.
Sed quoniam in electionibus factis à Capitulo circa
beneficia Doctorialium, Magistralium, & similiūm-jux-
ta Bullam Sixti IV. & motu proprio Leonis X. quas
adducit ad litteram Nicol. Garcia de beneficis, 5. part.
cap. 4. à numero 168. easque optimè declarat, &
multa dubia frequenta circa eorum probendarum
electiones agitat, resolvit, & ideo te ad illum, & per
eum allegatos libenter remitto, quies id necessitas
fusdeat.

229 Unum tamen non omissam, de quo jam non parum
dubitari vidi, de controversiis occurrentibus circa elec-
tiones hujusmodi, nempe; an aliquis oppositor inhabi-
bilis, an concurrent in eo qualitates à jure illis requi-
site, gradus, seu etiam ordinis, vel aliqua alia exceptio,
seu subjectio, seu recusatio opposita contra personas
eligiendi, vel electorum, quis ad cognoscendum de eis,
pertineat

De confusione tamen non requiritur tacitus Evad. 240
gelionum, vel sacrarum Scripturarum, sed sufficit tacita s
eiuscumque libri, vel tabula, secundum glossam in
authentica iusquæ an. quod prefatur ab his, verbo quatuor,
& in § item sacra glossa 1. titulo de pace iura fir. Im-
mola in cap. clam contingat, de jurejur. Abb. in e. frater-
nitatis, verbo & adverte, & ibi Felin. versiculo in glossa fin.
Abb. in c. 1. fin. 2. de not. de jur. calum. Guid. Pa. 9. 35.
Jacob. Butr. in d. authent. sacra. puberum in 3. q. & ibi
Alber. Rosla. & ibi Bald. & Salic. 3. q. Ifernaria in §. item
sacra. Alber. verba in hac glossa & ibi Prepot. & Afflict.
num. 21. Anton. Gabriel lib. commun. conclus. tit. mino,
concl. 5. nu. 36. sequitur Simoncellus d. tract. de decre-
titib. 3. tit. 8. num. 188.

Quod seire, non parvi est effectus, nam cūm solet
frequenter appellationem emitte à declarationibus
hujusmodi habilitatis, qualitatis, & recusationis, ac similiūm,
& cūm pro eius delatione additur Curia supre-
ma, constituto de defectu jurisdictionis, qui facit nulli-
tatem recte declarant, vim fieri, & respondi, vel saltem
tertium genus.

37 Unum porro in hac materia scire est necessarium, in
quo pauci advocati erant conscientes appellationes,
quibus inferunt aliquas objectiones, crimina, vel de-
fectus contra personas eligendit, & electi, & se ele-
cti, non attenta, ino neglecta forma tradita à c. ut
circa 4. in ordine, de electione lib. 6. quia ita disponit ut
circa electiones, postulationes, & provisiones Ecclesi-
sticas, viam malitiae (prout est possibile) p̄cūdamus,
ne diutius periculosè vident Ecclesiæ, vel personarum
dignitatum, & aliorum Ecclesiasticorum provisio dif-
feratur, editio perpetua providemus: ut si quando
aliqui electionibus, postulationibus, vel provisionibus
se opponunt, proponendo aliqua contra electionis
postulationis, seu provisionis forma, aut personam
eligendit, vel electi, sive illius, cui erat provisio fa-
cienda, sive facta, & pròpter hoc contigerit appellari,
appellant in instrumento publico, leuiter super
appellatione confessis, omnia, & singula exprimantur,
qua in forma intendunt obiectare, vel personas, cor-
ram personis authenticis, aut persona, qua super hoc
testimonium perhibent veritati, corporali præstito
juramento, quod creditur ea, qua sic exprimit, esse
vera, & posse probare, &c.) qui infoper ad alia p̄gunt.
Eadem etiam continuo exp̄s renovatur, declara-
tur, extendit, & confirmatur alii pluribus canonum
decretis, est text. in cap. is qui 19. in cap. qui contra 20.
text. in cap. constitutio 41. de electione lib. 6. text. in elem.
constitutionem ut circa de electione, ejus etiam memini-
& decidens Rota decisione 261. de exceptio. Et 269. de
appell. in antiqu. Doctores communiter in l. 1. ff. lib.
& post Everard. & Doctores infra citandos, Nicol.
Garcia de benef. 3. p. cap. 3. a. n. 71. cum seqq. ubi plurim
alios allega.

38 Adeo ut p̄fatum juramentum de necessitate requiri-
tur, ut fiat corporali tacitu Evangeliorum, non autem
alteri satisti illius constitutionis forma, & intentio-
ni, ita exp̄s per jura probant communiter glossas,
& Doctores in eis Doctores etiam exp̄s, p̄cū-
p̄e Jaf. in l. 1. ff. de liberis & poth. gloss. in elem. 1. de
hæret. not. Anton. Corfeius in singularibus suis sing. 270.
Everar. in locis legali loco ad effectu eorum, sua simili
requiruntur ad ea, versiculo; hinc etiam est quod si ad va-
liditatem Ecclesiæ, &c. alias juramenta alteri p̄fati-
239 tum nullum est, & non valet, ut ultra supradictos pro-
bat gloss. 1. in princip. §. item sacra de pace juramento
firm. Bartol. in authent. sacra. puberum n. 7. Bald. n. 7.
Salicetus colum 2. & alii posteriores ibi sequuntur, C.
de rescind. vend. Anton. Gabr. commun. concl. lib. 2. tit. de
minoribus. concl. 5. à nu. 34. ubi latè declarat complures
ad id adducens e. laudabile, ubi Abb. in 2. nota. de frig.
& malefic. Simoncel. in tractatu de decreto lib. 3. titul. 8.
n. 187. ubi post alios dicit, de confusione hodie non
servari tacitum Evangeliorum, vel aliarum sacrarum
Scripturarum, ut statim dicimus; qui quidem, & Ant.
Gabriel latè prosequuntur hinc articulum, materialis
principiū respectu minorum iuramento firmantur al-
lienationes, ubi requiri de jure juramentum corporale,
ut Simoncellus ubi proxime.

Secundum limita ut p̄fata constitutionis forma tui 244
excusat in opponendis p̄fatiis defectibus, & cri-
minibus contra personas electi, eligendi, vel eligentis
aut formam electionis, ille, qui alias non astringitur
ad prefatorum defectuum probationem, vel quia sunt
defectus notiori vel resultante ex confessione partis vel
ex sententia, juxta text. in cap. fin. de cohabitatione cler.
& mulierum, vel quia alias legitime probati sunt, text.
in elem. constitutionem ff. sū ibi, probationem tamen
factam super his per adversarii confessionem, vel alias
legitimè non infirmat. &c. vel quando non oppo-
nenit, sed adversarii incubunt eorundem probationis
onus, ita probat Bonicentus in tract. de appellat. 5. in-
ter tractatus novissimorum Doctorum num. 26. versiculo
scire autem debet, & iterum & melius inferius vers. 4.
quero an sufficiat, ubi alios ad id allegat.

Nam cūm ad evitandas calumnias exceptions, 245
requiratur illa forma juramenti continentis, quod
sreditur

credunt ea, quæ si exprimunt esse vera, & se posse probare, &c. ut ex d. juribus constat, in supradictis casibus nimis cessare, quoniam licet forma specifica sit adimplenda, & non per aequipollens, juxta notata in l. ff. de liberis, & post. tamen quando forma requiritur propter certum finem, & certum effectum, sequitur finis, & effectus, per aequipollens satisfit formæ, & principali legis intentioni, ita tenet Rota apud Farinacum decisione 272, a num. 19, ubi plures authoritates adducit Flamin. Par. de resign. benef. libro 11, tomo 2, questione 12, a num. 35, usque ad 39, ubi infinitos allegat.

246 Aliam etiam limitationem deduces ex text. in dict. clem. constitutionem, ubi de materia apud repetentes, & glossam invenies, alias plures, & declarationes, seu annotationes ad prefata jura poteris exactius videre apud D. Bononitum in tractatu de appellat. per tot. qui integrerunt duntaxat continet hujusmodi appellations in beneficiis causis, ubi de materia multa invenies, ultra glossas, & ordinaries in d. juribus, ibid. Bononit. in quest. 1. versic. ad questiones igitur veniamus, resolvit post alios, quod si sic appellans omittit d. formam in casibus, quibus tenebatur ea uti, licet si intra terminum ad appellandum, non potest aliam appellationem iterato proponere, servando formam in ea, quia jam ex

148 prima adversario erat jus quacumque, juxta text. in dict. clem. constitutionem §. penult.

249 Nunc & illud, de quo jam vidi dubitari examinatus, an oppositor ad beneficium vacans, sive curatum, sive simplex, qui se intra terminum edictorum oppo- fuit, & dum intra illud voluerit ire ad se subjiciendum examinationi, ei legitimum impedimentum superveniet, ut locum examini adire non poterit, vel in itinere, vel ob aquarum inundationes, vel quia alias ei transitus fuit impeditus, puta, propter pessimam gravem infirmitatem est detentus, & is, vel ejus procurator petit dilationem ab ordinario, & a denegatione appellacionis emisit, an ei deferendum esse, omniaque postmodum subsequita, attentata reponenda; declarandum sit in supremo prætorio per viam aditio violentia, in quo breviter affirmative responderet.

250 Nam licet declaratio Cardinalium circa d. c. 28. Concil. Trid. sess. 24. de reform. in hac disponit Episcopos, vacante Ecclesia proposuit edita ex hoc capite, & infra decim dies quatuor comparuerunt, qui adscripti fuerunt juxta formam Concilii; sed in die pro concursu, & examine deputato, & ipsiis quatuor duorum comparuerunt, qui enanimi subseruerunt, & idonei reperti sunt; dubitatum fuit, an examen prædictum subsistat, ex quo duo alii adscripti non fuerunt examinati, congregatio censuit, subsistere, quia verba Concilii intelliguntur, quatenus veniant ad examen, alias in potestate unius esset nolle venire, impeditaque, ne ulterius procederetur, &c.

251 Tamen eadem Congregatio super eodem decreto, verbo per editum publicum, ita queret, an uno compareante, possit propagari terminus, & proponi aliud editum; Congregatio censuit, alio editum non esse propoundendum. Sed ille qui comparuerit, examini subiectus, & si idoneus repertus fuerit, eidem beneficium esse conferendum, nisi qui adscripti fuerint excusent se legitimo impedimento detinere, quoniam valent ad concursum accedere, tunc enim poterit Episcopus legitime terminem propagare, &c. cuius etiam mentionem fecit Nicolaus Garcia de benef. 9. part. c. 2. a num. 214.

252 Et in Concilium Compostellananum Provinciale actio- ne 2. decret. 12. loquuntur in provisione præbendarum Doctoralium, & Magistrorum, in hac disponit nullus tam ad electionem de eo faciendam admittatur, nisi ad examen predictos actus publicè fecerit, aut morbo sonitico labore, quem sufficienti testimonio coram

Episcopo aut ejus Vicario comprobaret teneatur. Igitur ubi adeit legitimum impedimentum, terminus competens, rotogandus est, quoniam legitime impedito non currit tempus, l. ut perfectius Cod. de ann. excep. Craveta conf. 271. col. 2. Menoch. conf. 38. n. 35. vol. 2. Criminal. conf. 21. n. 29. lib. 1. Ripa. in tra- tatu de pefle in 3. quest. 6. Hieronym. Previdon. in co- dem tractatu de pefle, versic. vidimus. Parisius conf. 43. colum. 1. vol. 4. Callador. decisione 1. de dilat. Caputaq. decif. 73. part. 2. hinc impeditus resigaturius propter legitimum impedimentum excusat à publicatione 254 facienda de beneficio ibi signato, Roma. conf. 43. Felin. cap. cum dilecti colum. 21. num. 13. de rescript. Sarnier. de publican. resig. questione 13. nu. 2. Rebiff. in eadem regula.

Et legitimus impeditus excusat à contumacia; si citatus intra terminum non ierit. Butr. in cap. cum dilectus nu. 26. de dolo. Boér. decif. 40. nu. 4. idem Boér. conf. 60. nu. 1. lib. 10. Pedem. decif. 20. Socin. junior. conf. 116. nu. 2. vol. 3. Bertran. conf. 15. nu. 12. vol. 2. non impeditus non dicitur negligens, c. quia diversitatem de concessione præbenda. Staphileus de literis gra- tia spec. tit. de variis modis. Baëza num. 53. & impe- dimentum excusat à mora. Alb. in trac. sua. q. 11. n. 1. Dueñas regula 199.

Ac idem propter impedimentum receditur à forma, 256

Paris. conf. 32. num. 11. 14. & 15. & conf. 43. num. 35. & 31. volum. 2. Cravet. conf. 12. nu. 2. Bursat. conf. 74. n. 253. volum. 1. nec impeditus videtur forma, ac legi contravenire. Jas. in l. si quis nu. 7. ff. de jurifd. omn. jud. Egid. Boff. in præl. crim. de carceribus fide- jussor. num. 47.

Igitur cum legitimè impedito omnia sint jura refer- 257 vata, ut ex citatis, & citatis appetat, secunda dilatione ei danda est, & hæc regulata per impedimentum, & ad id tantum, in quo in prima fuit impeditus, l. admonendi, verbo, quibus foliis, & ibi Jacob. & B. 2. colum. de jurejur. Alexan. ibi 3. nota. Butriga in cap. ultra teritum de testibus. Paul. Caltreri. in l. si ita stipulatus est ab te si verb. oblig. Bartol. & Alexand. in l. ff. de feriis Lastr. in c. quoniam contra, verbo dilatione de probatio. 258 quia tempus impedimenti non computatur in termino ex supradictis; ideo regulare est, ut dilatione brevis patiat appellacionem, cap. 1. de dilatione. Joan. Andr. in c. de dilat. Bartol. in l. ff. de re jud. Seld. in l. 2. C. de Episc. auitem. Bertach. in reperto. verbo, dilatione peremptoria intelligitur, vers. 14. & multo magis à denegatione ejus licita erit appellatio. Fulgos. conf. 165. Card. Tosc. conclus. 339. nu. 4. tom. 2. quibus addit. ea quæ dixi supra 2. part. cap. 1. Et quoniam cum ex consilio & motu proprio declarationib[us]que Congregationis 259 bus suprà; non si ad examen devenientium, nisi ita dum tempore termino editi, intra quem iste legitime impeditus mediante impedimento reperitur, ut forma consili peccatur ad ultiora procedendo eo excludo, de impedimento constituto, ac propterea nulliter, & sic licet appellare.

Et in terminis nostris questionis tentit Rota in una 260 Calaguritanæ beneficij de Branteville. 8. Martii 1604. ubi cum quidam P. se opposuerit ad quoddam beneficium parimoniale vacans, & accedens ad se subjiciendum examini, fuit prohibitus ingredi in civitate Calicat. ex prætextu, quod esset suspectus de pefle; & cum per suum procuratorem petere dilationem competentem, fuit ei denegata, à quo appellavit; & ordinarius ad ultiora procedendo conculit cuidam oppositori beneficium, ac eum in possessionem immisit; & cum dubitaretur, an dicta acta gesta post appellatio- nem essent attenuata, & nulla, fuit affirmativa resolutum; quam referens sequitur Hieronym. Gonzalez glossa. in annot. nu. 183. & ita etiam in hoc Gallico Se- natu vim fieri, declaratum fuit in quedam beneficio curato

curato de Nigran. Diceceps Tudensis, ex hoc eodem impedimento, de quo in decisione relata, & ita tenendum est, dum alias omnis omnino dolus absit, & fraus. 253

261 Quod declara, ut hæc resolutio procedat, dummodo sic impeditus revocationem prætendens, intra terminum edictorum si oppotuerit, ut conflat ex decisione, ibi, nisi, qui descripti fuerint, excusent se legitimis impedimentis, &c. ut constat ex d. constitutione motu proprio P[ro]p[ter] V. verificulo ac illarum etiam quarum collatio, &c. ut fui resolutum in una Toletana beneficii 28. Novemb. 1578. quæ est in imprimis decisio 481. pag. 1. divers. & traditum Flamin. Par. de resig. lib. 8. quest. 9. n. 107. Hieronym. Gonzal. d. men. alter. gloss. 6. n. 131. cum seqq. & suprad. nu. 111. cum seqq. & quando alicui actui gerendo, seu celebrando terminus oppositus est dilatio 255 à judice parti assignata, ita limitanda, & regulanda est, ut actus principalis tempeslive & perfecte celebretur, & ne pereat, ita probant eleganter Bart. & omnes, in l. ff. de glande legenda. Menoch. de arbitr. judic. dis- casu 118. num.... & probatur text. argumento in l. 2. §. omnes, & ibi Petrus de Su. ff. de judicis, & notat in Lgnoties, C. de precibus Imper. offer. Speculator tindu de dilatio, verificulo nunc videamus, verific. sed nunquid. & Bartol. in l. fin. de dilat. Bertachi. in verbo dilatio nova, verific. var. verificulo dilatio etiam, vers. 49. quibus addes que nos 4. part. c. 13. à n. 62.

Sed jam ille me invocat, qui jam transacto termino 271 edictorum se opponit, petens admitti ad examen, & concurrem, cum iam descriptis, tamen nonandum perfec- tum, & non admisus à denegatione emittens applicationem; an ei non deferatur, vnde fieri declaretur. Pro cuius resolutione unum suppono; quod ille, qui se opponit post terminum ab edito designatum, re tamen integra, id est, ante factum, & peractum examen, utique sit omnino cum descriptis admittendus, ut censuit sancta Congregatio in his verbis: An occur- rentiae vacazione beneficii in concursu providendi, ad quod intra terminum in edito præsumt plures sint oppositi, si dicto termino elapsi, alter supervenient re integra, debet admitti? Congregatio Concilii cen- turi, re integra, esse utique admittendum. Juxta quam, & alias Rotæ decisiones ita resolvit Hieron. Gonzalez de alter. gloss. 9. §. 1. n. 115. cum seqq. & post longam hinc inde disputationem, multa adducens ita pariter resolvit Nicol. Garcia de benef. 9. part. cap. 2. à n. 200. ubi ad literam referit decisiones Rotæ inherentes præ- 272 fatæ declarationi Congregationis, dicentes, ut ad hoc dixi. Parochiali Toletana tellatur Caputaq. d. decif. 72. p. 2. & ita etiam fuit resolutum in una Lucanen. Abbatie coram Thom. de Thans 16. Martii 1556. teste Petre decif. 8. sub rubrica de resolut. in integ. ex ratione scrip- ta, quia non dicitur quis aliquo modo impeditus, si im- pedimentum potest removendi.

267 Qualia autem ad hæc dicantur legitima impedimenta, vide text. in l. 2. cum suis ss. ff. si quis can. dict. l. qui comeatus, ff. de re milit. cap. fin. de elect. latè Mafcard. de proba. concil. 884. optimè per Menoch. de arbitr. cap. 118. per tot. melius & magis ad longum Flamin. Par. de resig. benef. lib. 11. nu. 2. q. 13. apud quos, quæcumque que sibi, circa impedimentorum materiam, inveni- ntes ad refectiōnem, ultra suprad. relatōs.

268 Cæterum circa predicta nota, quod ordinario in provisōne parochialium ob ejus, & animarum pericu- lum, & præcipue vacuum in mensibus reservatis im- pedito danda est dilatio multum taxata, & moderata, 273

principio questionis, tenet Nicol. Garcia de benef. d. 9. part. cap. 2. nu. 206. prope finem, eandem esse opinio- nem comprobat Gonzalez d. gloss. 9. in annot. nu. 183. qui pariter potest intelligi in Parochialibus, tum quia se refert ad gloss. nu. 115. ubi de his loquitur, tum etiam ex ratione modo tradita a nobis, & in hoc ca- commodius erit, tertium genus violentiae concedere, nempe reponendo attentata, & admittendo oppositorum, vim nullam esse; fin minus ita fiat, vim eius de- ferendum, ac reponendum.

Et pro perfectione hujus materiae circa illud, quod in secunda conclusione superius tradita, qua firmavimus appellationem interpositam in beneficiorum simpli- cium provisione, in contraditorio judicio & judicia- liter per sententiam definitivam facta, habere utrumque effectum: nunc queritur libet, an consuetudo in aliqua Ecclesia vicens, possit contrarium operari, ita ut debeat fusinari. Hanc questionem late tractarunt Lancelot. Robert. de attenta. 2. part. cap. 12. limit. 48. Gonzalez supra. à num. 211. Perez Lara de anniver. & cap. lib. 2. c. 11. nu. 13. Rota decif. 1155. 3. p. libr. 10. diversi. Nicol. Garcia de benef. 9. part. 4. n. 27. resolven- tes unanimitate, hujusmodi consuetudinem exequen- di sententiis virtute earum, & mittendi in possessio- nem Capellani, seu cuiusvis alterius beneficii simpli- cies, illos, in quorum favorem late sint, esse omnino validam, & tolerabilem, quam revera & de ea legiti- timè constitutit; quia tunc cessant attentata, & ita fuisse decisum in Rota, in una Pamplon. Parochiali 16. Junii, anno millesimo quingentesimo nonagesi- mo septimo, testatur Gonzalez supra, & in alia Compo- stellana, de qua Garcia d. n. 29, cum sit talis consue- tudo laudabilis ad evitandum praedictum, immensum Ecclesiæ periculum ex diuina vacatione, cap. si Apo- stolica 35. de præbend. lib. 6. cap. quin. fin. 6. c. ut circa 4. de electione lib. 6. cap. super defensu cum inter universas probationibus, item nec dictu Apostolorum est actus ju- dicialis. Rota decif. 82. & decif. 88. de appellatio. antiq. Hieronym. Gonz. de mens alterna. gloss. 9. in annot. nu. 22. & 23. Hinc est ut in difficultate propria parte sint, contrarie, atque diversæ opiniones, quas ad longum videre poteris per Lancel. Robert. de attent. 2. p. cap. 4. lib. pend. in prefatione n. 187. usque ad n. 107, ubi quin- que ad id referunt opinions. Illud tamen est apud om- nes indubitatum, ut per appellationem extrajudicialem impetracionem rescripti seu commissionis, & citationem ejus virtute legitime exequatam, & dicatur pendere, & res effici litigiosa, definitaque actus extrajudicialis esse, ut & haeceniam deducet ex his, quæ late ipse Lan- celot. post alias loco proxime citato a num. 28. cum pluribus seqq.

Adverte denique, quod cum actus extrajudicialis non dicatur nisi introducta, nec pendere, ut notant communiter Doctores in cap. de electione lib. 6. Lamber. de jur. pat. lib. 2. p. 2. q. 2. princ. art. 3. n. 3. & per totum. & art. 6. n. 3. Lancel. Robert. de attent. 2. p. 2. q. 4. in prefatione n. 275. post alios quos ipse allegat, & nos etiam di- ximus supra ad princ. hujus capituli, sic nec actus extra- judicialis, vel declaratio interrumpit praescriptionem regulæ de triennali. Puteus decisione 174. nu. 4. & 5. nec ullam aliam praescriptionem interrumpit demon- stratio, aut protestatio extrajudicialis. I. alienam. f. pro empore. cap. n. 11. lib. de præscriptio. ubi late Feli. n. 5. & idem Feli. in cap. illud sub n. 17. versiculo decimaquinta con- clusio codem titulo de præscriptio. Franciscus Bald. in tractatu de præscriptio. 3. part. 6. part. princ. quæst. 4. n. 18. & 19. cum sequentibus, ubi multi alii modis declarat Gonzalez supra. nu. 33. & 34. ex quo ego dum ali- quando in hoc tribunal dubitatum fuisset, an decre- tum ordinarium, quo utuntur supremi ejus auditores in adiumenta vi illata, sive in personis secularibus, sive Ecclesiasticis, sive in profanis, sive in spiritualibus, & Religiosis, ut videtur est de ejus natura apud Rodrig.

de annuis redd. lib. 2. cap. 17. cuius & mirificum, & longum libelum conficit doctrinam, & prudentissi- mus Licent. Alvarus de Paz de Quinones meritissi- mus olim hujus Regalis, & supremæ Curie Senator amplissimum postea in Vallisoletana Cancellaria Audit- tor, vel dum ipsius cognitio pendet, interrumpat praescriptionem; respondi interrogatus, quod non, ex proximè dictis, juncto eo, quod in prefato secreto non proceditur judicialiter, sed extrajudicialiter, per mo- dum extraordinariæ, & extrajudiciale definitionis, ut per Rod. supra, & Doctores ab eo citatos, & est notificum apud nos, & maxime quia hoc decretum nullum gerit praedictum, nec quoad possessionem, nec quoad proprietatem, ut ex ejus conceptione, detegitur ibi, consentia de no le molestar, &c. fin. per juvizio & de su de- recto, assi in possessione como in proprietad, & hoc jure utimur. Haecnenus de actibus extrajudicibus, alios autem nonnullos poteris videre in duobus his proxi- mis sequentibus capitibus.

292 Unum tamen obiter est notandum, quod ut memo- rable mirum in modum inutili, & exclamant Marant. & Vestrini statim citandi, quod in causis beneficiali- bus appellatio extrajudicialis vim citationis habet, adeò ut appellatus comparet coram judice ad quem, absque alia aliqua citatione, alias in ejus contumacia procedi poteri, in quo & non paucos decipi, spestantes, & imputantes iterum citari debere, ideoque in judicio sui copiam facere negleci, lis absque con- tradicione agitur, facileque appellans obtinet, sicut pluries si in Romana Curia decisum vidilis, testatur ipse Maranta in præx. 6. part. princ. versiculo & quandoque appellatur n. 258. & 279. fol. 150. eleganter post eum Ant. Cravet. in additio ad præxim. Vestrini lib. 3. c. 7. n. 4. post Abb. in cap. cùm sit Romana n. 10. de appellat. & per eundem Marant. Scaccia de appellat. quæst. 17. ampliat. 16. à n. 44. Philip. Franc. in c. bon. memoria. 51. sub n. 17. versiculo sed conclude sic, de appellat. Greg. Tholosa. tract. de appellatio. lib. 1. cap. 11. sub n. 3. ver- scul. 1. differentia fol. 86. & quod hujusmodi appellatio extrajudicialis in beneficialibus habeat vim citationis, & devolat easiam ad Curiam tenet Rota, teste Caputaq. n. 2. appellaerat n. 1. part. 1. Achilles Graffis decif. 14. petebat n. 2 de appella. & decif. 5. alias 231. ap- pellatio extrajudicialis n. 1. & 2. de appellatio. fol. 106.

293 Sarnerius de triennali q. 54. vol. 4. in fin. Gratian. obiter disceptat forens. tom. 1. c. 66. sub n. 38. ubi tractat, an & quando appellatio extrajudicibus inducat litis pendientiam, ex Sarnerio excipit appellations extrajudi- ciales in causis beneficialibus.

294 Quibus convenient, quod appellatio extrajudicialis non est propriè appellatio, sed provocatio secundum Innocent. in cap. cum sit Romana num. 1. & Abb. n. 21. in fin. & rursus ipse Abb. in cap. bona memoria 51. n. 5. & 8. Decius nu. 20. incondifferentia, de appellat. Cas- far. Contrard. in leg. unica limit. 15. nu. 3. Cod. si de mo- mento possit & ex hoc provocatio hec: sive appellatio extrajudicialis cum proponatur in judicio, causa non cepta, sed ante illam, ut suprà diximus, ideo dicitur provocatio ad causam incipientiam. Innoc. in dict. cap. cùm sit Romana 5. sub nu. 1. Abb. nu. 21. ad fin. Joan. Ferrar. tract. de appellat. cap. 3. n. 17. tom. 5. folio 64. & est velut prævia ad litem incipientam, ideo habet vim citationis, tenet Geminia, in cap. 1. n. 5. versiculo nota incidenter, de appellat. in 6. Gregorius Tholosa. tractat. de appellat. lib. 1. cap. 11. sub n. 3. versiculo prima diffe- rentia fol. 86. Scaccia de appellat. quæst. 2. nu. 34. n. 39.

295 & 49. ubi quod quando provocatur ab actu parti, appellatur ad judicem ipsius partis superioris; quando autem a judice extrajudicitaliter procedente, appellatur ad superioris ipsius.

297 Et iis adde, quod licet appellatio judicialis non in- terponatur à gravamine de futuro, sed de praeterito,

CAPUT XIV.

A decretis Ordinarii, putâ, super alienatione re- rum Ecclesiasticarum, donatione jurispatronatu- s, & similibus appellationi interpositâ, an si non deferat judex, vim faciat?

SUMMARIUM.

- 1 Decreta judicis sunt actus extrajudiciales.
- 2 Decretum super alienatione rerum, aut Ecclesiæ, aut minoris extrajudicitaliter absque alterius citatione, est extrajudicialis informatio.
- 3 Idem & in delegato, cui dirigitur commissio, ut se informet de utilitate ad alienandum.
- 4 Testes pro sola instructione judicis, & ejus animi mo- tu sine parti citatione possunt recipi.
- 5 Informatio pro iudicis instructione nullam habet for- maris iudicis.
- 6 Informationis summaria exceptio super infamia de- lectorum ad effectum relaxandi mandatum de persona- liter comparando, est omnino extrajudicialis.
- 7 Ad informationem pro instructione judicis, & ejus animi motu, testes non jurati recipiuntur.
- 8 Testibus non juratis potest credere judex deputatus ad conferendum beneficium cum clausula (si idoneum invenieris.)
- 9 Ex testibus non juratis informatur conscientia judicis.
- 10 Testes requiruntur jurati, si princeps mandat alicui, ut se diligenter informet.
- 11 Decretum super alienatione rei Ecclesiæ aut minoris, & super translatio, aut confirmatione aliquius actus, &c. est extrajudicialis.
- 12 Decretum judicis in quibus causibus sint necessaria, & quando in eis procedatur, remissive.
- 13 Extrajudicialis actus non recipit appellationem sus- pensum.
- 14 A decretis super alienatione, &c. appellationi non est deferendum, ut suspendat.
- 15 Ab insinuationis donationis decretis appellari non licet.
- 16 Ab insinuationis decreto donans appellare non potest.
- 17 Decretum in judicio est interlocutoria.
- 18 Decretum super alienatione, &c. non sunt interlocuto- ria, sed vim earum obtinent.
- 19 Decreta super alienatione, &c. nullius sunt præjudicii, sed semper intelliguntur absque tertii præjudicio.
- 20 Confirmatio non tollit defectum rei confirmata extra confirmationem.
- 21 Decreta super alienatione, &c. non impedunt, ut aliter possit contra eam venire.